



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

XII. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloster Seehausen Besitzungen zu  
Werbelow, am 23. Mai 1343.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

deputati, aliquatenus irritari. Hec sunt bona et ville dominarum predictarum: villa sehufen, warlitze, selubbe, Gronow, drenze, Grenze, Curia in iacopstorp, Nova curia apud monasterium sehuzen situata. In Cujus rei testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum stettin, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXII<sup>o</sup>. in die egidii abbatis.

Aus L. v. Ledebur's Allg. Archiv III, 346.

XII. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloster Seehausen Besitzungen zu Werbelow,  
am 23. Mai 1343.

Ludovicus etc., singulis etc. Cum rerum largitiones bonorumque donaciones diuine remunerationis intuitu donate religiosis et deodicatis personis et singulariter virginibus sub sacre religionis habitu deo obsequentibus solite sint apud eundem animarum salutem accommode procurare, nos vero pia consideracione moti pretendentes id ipsum, honorabilibus et religiosis in cristo deo dicatis personis abbatisse, priorisse et conuentui sanctimonialium monasterii in Sehufen cyster-ciensis ordinis caminensisque diocesis, ob iugem et perhennem magnificorum principum bone recordacionis marchionum brandeburgensium predecessorum nostrorum, nostri, heredum et successorum nostrorum salutem et memoriam, appropriare decreuimus et presentibus appropriamus XI libr. redditus V solidos cum III<sup>or</sup>. denariis denariorum brandenburgensium annue pensionis siue contributionis in censu et precaria ville dicte werbelow sitos cum singulis et vniuersis ipforum iuribus, commodis, gratiis et libertatibus ex iure vel ex debito redditibus prenotatis quomodolibet competentibus et prout ipfos strenuus vir gerardus wolf, dilectus noster fidelis, possedit et tenuit, in antea perpetuis temporibus sine inquietatione qualibet pacifice possidenda. Renunciantes pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni iuri, actioni et impeticioni, que nobis in premissis competebant redditibus vel competere possent aliqualiter in futurum. In cuius Testes decka, swarzburg, henningus de buoch et gerardus wolf. Datum Sehufen, anno predicto, in crastino ascensionis eiusdem.

Nach dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Havelberg. S. 17., Nr. XLVI.

XIII. Der Propst des Klosters Gramzow (?) bekundet einen vom Bischofe zu Camin den  
Wohlthättern des Hospitals in der Neustadt Prenzlau erteilten Ablassbrief gesehen zu haben  
und empfiehlt das Hospital allen Gläubigen zur Unterstützung,  
am 14. October 1363.

Coram Vniuersis Christi Fidelibus presentia visuris seu auditoris, Nos Petrus, Dei gratia Prepositus Ecclesie Granfavenfis, presentibus recognoscimus publice protestando, quod vidimus et legimus veras ac certas literas, reverendi Domini nostri Johannis Episcopi Caminensis super confirmatione cuiusdam Domus Hospitalis pauperum ac peregrinorum constructe in nova civi-